

Si ad nos devolvenda in personam vel perso-
 nas aliam vel alias, illo adhuc vivente,
 cujus bona talia esse noscuntur, transfer-
 re concedere vel donare volumus, nec de-
 bemus absq; expressa licentia et volunta-
 te bona talia feudalia possidentis. Et
 si fortassis, quod absit, ex oblivione vel
 alia causa quacunq; bona aliqua feu-
 dalia dictorum Civium in Districtu
 Gorlicensi ut praemittitur, in personam
 aliquam transferremus, exclusa con-
 ditione prenotata, auctoritate presen-
 tium decernimus et volumus, quod hoc
 nullius debeat esse roboris aut momenti,
 sed penitus irritum, vacuum et inane
 harum nostrarum testimonio Literarum
 quibus sigillum nostrum est appen-
 sum Datum Wratislaviae in Sabbato
 proximo post diem beati Jacobi
 Anno Domini Millesimo trecentesimo
 vigesimo nono.